


Heims Kringla/
Eller
Snorre Sturlusons
Nordländske Konunga Sagor.
Sive
HISTORIÆ REGUM SEPTENTRIONALIUM,
â
SNORRONE STURLONIDE,
Ante ſecula quinque, patrio ſermone antiquo
Conſcriptæ,
Quas
Ex Manuſcriptis Codicibus edidit,
Verſione gemina, notiſque brevioribus,
Indici Poëtico vel Rerum, ſparſim inſertis,
Illuſtravit
JOHANN: PERINGSKIÖLD.



STOCKHOLMIÆ
Literis WANKIWIANIS, Anno Chriſtiano M.DC XCVII.




KAISERLICHE KOENIGLICHE
WIEN
HOFBIBLIOTHEK



Den Stormächtigste
Konung och Herre/
Konung KARL/
Med Gudz Nåde/
Sweriges/ Göthes
och Wändes
Konung/
Storfurste til Finland/
Hertig uthi Skåne/ Estland/ Lifland/ Carelen/ Bremen/ Verden/ Stetin-Pommern/ Caßuben och Wänden;
Furste til Rügen/
Herre öfwer Ingermanland och Wißmar;
Så och
Pfaltz-Grefwe wid Rhein i Beyern/ til Gülich/ Clewe och Bergen Hertig/
rc.

Min allernådigste Konung och Herre.

Serenissimo Potentissimoq́;
Principi ac Domino,
Dño CAROLO
Dei Gratiâ,
SVECORUM, GOTHORUM,
WANDALORUMQUE
REGI,
MAGNO PRINCIPI FINLANDIÆ,
DUCI SCANIÆ, ESTHONIÆ, LIVONIÆ, CARELIÆ, BREMÆ, VERDÆ, STETINI, POMERANIÆ, CASSUBIÆ & WANDALIÆ;
PRINCIPI RUGIÆ,
DOMINO INGRIÆ & WISMARIÆ;
nec non
COMITI PALATINO RHENI, BAVARIÆ, JULIACI, CLIVIÆ & MONTIUM DUCI,
&c.

Regi ac Domino meo Clementissimo.



Stormächtigste Konung/
Allernådigste Herre!

IBland the många/ af Eders Kongl. May:tz och hela Landzens store Fader/ wår fordom allernådigste nu högstsalige Konung/ för Swea och Götha Rikens Barn/ wähl grundade och nyttige giorde Författningar/ lärer then åhrbara Werlden billigt räkna Antiquitets wärket/ hwilket Hans Kongl. May:t åhr 1666. i ett myckit berömligit upsåt allraförst inrättat hafwer/ förnämligast at wåre gamla Swea och Götiske förfäders märkeliga bedriffter och åminnelses teckn/ ifrån theras föråldrande och mörker/ åther uti dagzliuset måge kunna försättias: wa-

Serenissime REX,
Domine Clementissime.

INter admiranda operum insignium, quæ provida cura, in regni Svioniæ civiumque adeo omnium, emolumentum, sanciverat perfeceratque REGIÆ MAJESTATIS TUÆ PARENS; PATER PATRIÆ gloriosissimæ apud nos memoriæ REX, venerabundus suspicit orbis universus instituta ac decreta illa, quæ ad promovenda suæque luci restituenda antiqua sepulta, divino afflatus Numine, rata olim clementer voluit. Nimirum instituto hunc in finem Collegio, quod Antiquitatum vocamus, plenus spei, id voluit REX post hominum memoriam augustissimus, ut fortium virorum, qui Gothici fuerant sangvinis, præclara quæ ubique locorum exstant monumenta, totidemque facinorum ab his editorum fidi testes, ab oblivione temporisque longinqui injuria vindi-

warandes fördenskul nödigt at the gamla historiske aflefwor / så uti Stenar som Permeskrifter och uhråldrige böcker / på wårt forna Språk och Tungomål sammanfattade / skulle / såsom en grundwal til den öfrige kundskapen / blifwa upsökte / och sedan genom trycket åwårdeligen bibehållne. Til ett sådant nyttigt wärkz förrättning hafwa åtskillige höglärde Män framgent warit anförtrodde / och med ansehnlige medel til sit underhålle ock arbetens uppläggning förseddde; hwar på fördenskul fölgt är / at åtskillige wackra skriffter allaredan i dagzliuset framkomne äre / til måns gens goda nöje och nytta / särdeles som man der af får / lika som af nyo på en Skådeplatz / se de / för många hundrade ja tusende åhr sedan afgångne Hiältar / från döden upwäckias och lifligen föreställas: Ett stort förlustande och efterdöme för Konungar och Regenter / för höga och låge. Jag kan intet förtiga Konung Gustaf Erikzsons yngsta / men doch den största Son **Konung Karl** / Eders Maj:tz Herr Farfaders Moderfader / som af en särdeles kärl ek til

vindicentur, orbis universi in posterum exstitura exemplar ad imitandum. Hunc adeo in finem prisca historiarum tradita, quæ adhuc supersunt, partim lapidũ incisa cippis ac stelis, partim schedas exaratosq; codices manuscriptos chartaceos, membranaceosque, patrii sermonis idiomate, in futuri majoris operis fundamentum ac robur, parandæque scientiæ juvamen, sollicito indagari studio, ac typorum beneficio publicari, peridoneum visum opus. Huic laudabili prorsus instituto promovendo adhibiti viri præclaræ eruditionis, quibus etiam prospectum fuerat de mediis necessariis ad operas perficiendas. Ac vero successu felici minime caruit res, quandoquidem sedula horum industria in lucem publicam hactenus prodierunt præstantissimæ historiarum ac canæ illius vetustatis lucubrationes, quibus, magno rei literariæ bono, velut in honoris quoddam amphitheatrum revocati Heroes priscarum ætatum fortissimi, illustrium factorum imaginibus ante oculos nostros obversantur. Admirandum sane spectaculum, in quo se oblectent reges, stupeantque ad ejus intuitum mortales omnis sexus omnisq; conditionis! Vetat religio silentio præterire, quid memorandum in hac parte præstiterat fortissimi quondam regis Gustavi Erichsonii filius natu minor, factis maximus, Carolus IX. Magnæ & ipse sobolis regiæ, hoc est, Maj:tis TUÆ abavus paternus. Ille nimirum Rex inclutus priscos

til de forna Swears och Göthers minne och märkelige bedrifters åskådande/ nu ett hundrade åhr sedan/ allraförst utgaf den helsosamme befallning at de fornas åhrestoder och hielte-stenar skulle genom snälle Antiquarier afritas/ och från undergång befrias och kunnige göras; Ja til en påminnelse af de gamlas mandom och dygde-lefwerne/ war fordom den Högborne och wälduge Förste **Konung Johan** med en särdeles lust uptänder/ låtandes med stor omkåstnad å nyo prächtigt upråtta många förfallne Konunga Grifter/ i hwilka deras namne och Marmorbilder nu stadigt beskådas. Går iag längre i Langfedga talet tilbakas/så finner man at Eders Kongl. May:ts stora Stammfader **Keyser** Carolus Magnus, hafwer allareda i sin tid för 800 åhr sedan/ af rychtet om wåra gamla Göthers och Nordiske Drakars tapperhet/ fått sådan lust til at höra talas om dem/ så at han önskade sig änse dem lefwande som allareda långt för hans tid genom döden afgångne woro/ kunnandes intet stilla sin åträ förrn Maus Jarl den Widförle igenom sin trollkonst ställte Keysaren för ögonen åtskillige

priscos veritus Svionum Gothorumque Heroes, ac fortia facta colens, ante hos proximè elapsos centum annos, edicto salutari primus sancivit, ut quæ honori meritisque Majorum olim dicatæ erant statuæ, columnæ ac stelæ, per viros rei antiquariæ peritos describerentur, seculo olim profutura. Nec minori zelo ac reverentia DIs Manibus fortissimorum hominum litavit perennis memoriæ Princeps Johannes Rex, dum collapsa regum monumenta tumulosque sepulchrales, magna impensa erigi ac restaurari curavit, totidem quæ admirentur posteri virtutum documenta. Porro, ad longinquiores stemmatum genealogicarum gradus si progredimur, palam se nobis offeret Divus ille Regiæ Maj:tis TUÆ familiæ Progenitor Carolus Magnus, qui ante secula octingenta, perpetuis quæ tunc per orbem ferebantur relationibus, de priscorum Gothorum sive Thracum septentrionaliũ insigni fortitudine multa sibi commemorari audiens, tanta virtutum illorum accensus est cupidine, ut nullum gratius exoptarit spectaculum, quam pridem vita functos, spiritu denuo animatos, coram intueri. Stupendæ Maximi Imperatoris curiositati commodum subvenit Maus ille Iarlus, cui ob longinqua per orbem itinera, multamque rerum experientiam Widforuli cognomen additum fuit. Is enim magicarum artium peritus magister, Cæsari conspiciendos exhibuit quam plurimos Gothico san-

lige wåre framledne Göther / i bland hwilka Kong Thioderik af Bern med sina Kämpar / Kong Halfdan den Norske / samt Nifflung / Gunnar och Isung / med flere mächtige Konungar / hwilka då / lika som från döden upwäckte / kommo i särskilte hopar / för Keysarens åsyn framridandes uti sine i lifztiden förde wapn / sköldar och wärior / begynnandes åndteligen såsom af nyo at wilia rysa til slagz emot sina förra owänner ; så at Keysaren med hisnan då sielf bekänna måste : **Thät är sant at sägia / at aldrig såg iag slika Kappar / som thessa Göthiske Switar ära.**

Til Eders Kongl. May:tz milderika åskådande / frambär iag uti diupesta underdånighet den gamla **Heims Kringlan** eller **Konunga Sagorne** / som på sit forna i desse Nordiske Länder allmänt gångse språk skrefne / nu tillika med twenne enfaldige uthtälkningar / genom trycket / efter högstsalige Hans Kongl. May:tz allernådigst mig gifne befallning / och min ämbetes plicht / förnyade / afmåla de gamla Swea och Göthiske / samt Nordiske och många andra Länders Konungar

sangvine cretos illustres viros, in censum mortuorum jam pridem relatos : Aderat coram Theodericus Veronensium Rex, pugilum, quos olim militiæ habuerat socios, stipatus turma ; aderant rex Halfdanus Norvegicus, Niflungus, Gunnarus atque Isungus ; aderant reges complures alii, factis ac fama illustres. Hi, inquam, mortuorum ex antris revocati, juxta ordines seriesque divisi, galeis, loricis, armisque induti militaribus, quibus olim sveverant, adequitantes ante Cæsarem adveniunt, quasi furore stimulati ad certamen bellicum denuo ineundum. Quæ res, haud mirum, Cæsarem in stuporem raptum, effari coëgit : **Id ex animi sui sententia serio testari, haud unquam alias fortiores magis pugiles vidisse se, quales isti sunt præstantissimi Gothicarum turmarum ordines.**

Liceat nunc, REX SERENISSIME, sacrum TUUM conclave reverenter adire mancipi hominem me, dum simul devotus NUMINI MAJESTATIQUE TUÆ, pulvinaribus infero vetustum illud opus Historicum, quod HEIMS KRINGLA inscribitur, de rebus gestisque Populorum Septentrionalium, patrio conscriptum sermone populari prisco, sed gemina nunc versione mea adornatum. Hujus adeo edendi potestatem clementer mihi imperavit DIVINUS ILLE PARENS Tuus, Gloriosissimæ per orbem memoriæ REX. Cernere autem hic licet non tantum Svionum Gothorumque ac Norvegiæ

gar och store höfdingar med många förnäma männ/ til alla sina egenskaper/ i seder och lynde/ idrächt och wapn; allerunderdånigst bidiandes/ Eders May:tt täcktes med Konglig Nåde uptaga mit ringa tillagde arbete wid detta wåre förfäders enfalldiga ämne/ som doch utan något krus eller smickrachtige ord/ innehåller de forna tiders sanna tilstånd och beskaffenhet/ föreställandes oß hwad wanskelig omwäxling en och annan tid skedder är/ både uti wårt forna språk och seder/ i härskande och lydno/ så och huru Gudztiensten först i Hedendomen på en lös grund stälter/ aftagit och ändrader blifwit; så at här af såsom i en Spegel nu åtskillias kan/ hwad wackert eller besläckat/ hwad nyttigt eller skadeligit är; korteligen sagt/ här har man alla Nordländernas beskaffenhet uthi et ögnesichte. Af börian ser man den konstige Oden förfichteligen grunda Riket med sin Lagsättning/ samt inrättade Gudztiänst; Thär framträda des folk uti wisheet och förstånd med mod och blod i bröstet begåfwade: bland dem finnes allehanda folk/ Hamnlöpare/ Sudnackar/ Trällkarlar/ Seidkonor och dylika pack/ men bårt bårt med dem. Här står qwar den manliga Tyr i ett blodigt

giæ reges, summosque Duces ac Ministros, prisca quos habuit ætas, sed exterorum quoque gentium dominos, moribus, ingenio, cultu, armisqne ornatos propriis ac genuinis. Cæterum Rex Clementissime, libens volens propitius esse velis, nec fastidire operam qualemcunque nostram in perpoliendo hoc opere. Is est Historiæ hujus usus, dum verbis simplicibus, nec papavere aut sesamo aspersa oratio, quibus quæque temporibus acta sunt, percenset, imperiorum mutationes ac formas, lingvarum morumq; parilitatem aut discrepantias, cultum Numinum, initio idolis dicatum, mox varia indutum facie, ea qua par est fidelitate describit. Hic velut in speculo, aliorum mores, sive probos, sive improbos, inspicere licet, quid agendum quidve fugiendum in vita. Et ut brevi verborum summa, multa complectar: Una in tabula, Borealium regionum heic nobis exhibetur facies. Principio Odinus comparet, prudentissima arte Imperii fundamenta firmans, dum legum sanctionibus circa civilis politiæ administrationem sacrorumque cultum, magna circumspectione cavit. Sub hujus imperio, sistuntur cives robur ac æs triplex circa præcordia habentes, sapientia & ingenio cati; quamvis etiam his immixti sint variarum artiū artifices miri, personati, præstigiatores, haruspices, aut mysteria facientes alii, quos procul facessere jubemus. Ac vero cum sensu ac voluptate admirabimur fortissimum Tyrum in Martio cam-

digt fäldt/ med många härli goda
Drengar/ de forna tappra Hiel-
tar / de mycket goda Daknar /
Thegner och Drakar/ sina trogna-
ste Höfdingar/ sina Biessar/ Bar-
der och Skyther/ i brynior och
ståhl utrustade; Ludrarna liuda/
här-ropet höres/ nu rusa Resa
til kamp och enwig; den ena
Bersärken står/ den andra Käm-
pen faller: Här framkommer
Blåguden Äge med Ormen den
Långa / hafwandes med sig
många flygande Drakar och
Skanor/ de långa Askar / samt
stora Skeider och lättfote Skiut;
Ach hwad hård lek begynnes
där med kast- och skottwapen/
de gå strax löst med sine hilder
och barder/ Yxer och Saxer.
Där löpa somliga med wapnen
konstigt i kaf; många störtas
döde i haf/ somliga Kappar he-
dras med brand och sättas i hög
eller läggas i graf/ andra gif-
was Örnar och Korpar til fö-
do. Här uthgå många Herkul-
ler/ den ena Klubbebären efter
den andra. Än utfar den ena
Switen öster den andra wäster/
med manliga Wisar af Asa och
Guda ätten försedde; dem bäg-
ge efterföllier den gullgirige Gri-
pen och Wargen/ hela werlden
til

campo, opere strenuum, corde
impavidum, stipatumque opti-
mis Heroibus, valdeque bonis
ministris Dacis, Thracis, ac Bessis,
fidisque militiæ sociis ac bellato-
ribus, Bardis, Parthis, Herulis,
Scythis, terrorem, fugam, vulne-
ra, cædes quaqua progrediuntur
in inimicos inferentes. Quin &
Neptunum Patrem classes suas
per mare explicantem jucundo
spectaculo intuebimur; agmen
ductitat Draco oblongus, quem
ordine decoro sequuntur inter
minaces undas celeri cursu voli-
tantes naves, triremes, lintres,
phaselli: modo tela undique in-
gruentia, missilia, lapides, secu-
res, gladios, & quæ furor sub-
ministrat arma, inter confertis-
simos hostium cuneos projici;
cladis, damni, fracturæ pluri-
mum, donec per obstantes ca-
tervas explicuit sua victor arma;
hic ut gloriosum vincere, ita
mortem oppetivisse inter maxi-
me decora habitum: seqvutus
sepulturæ honos, in pyram pro-
jecta defunctorum cadavera, tu-
mulis collium aliorum corpo-
ra cum pompa illata; aquilis
corvisque in escam eorum pro-
jecti carnes, quibus denegatus
honos, ne derelictos terra sepe-
liret: multos heic cernimus Her-
cules, prodeunt enim plurimi
clavis probe instructi, dissipan-
tur mox hostilia agmina, qua via
cunque patet, in orbis partes va-
rias late se diffundentia, Du-
cum ex familia Deorum sequu-
ti auspicia: trepidantium ter-
ga strenue insectantur Griphus
atque lupus naves, admirandæ
& ipsæ structuræ, hostibusque
for-

til skräck och förundran. Där sitter än en Swit wid Bragebägaren til Hiältarnas Minne/ en stor hop pläga sig uhr Lokes Horn med Niordz Skål; här kokas och siudes/ Oden wyrdas/ Thor blotas/ Frey åkallas och Freya älskas/ med många andra hiälp-löse Skurgudar/ hwilka med Oxe och Menniskio kött spisas/ ja alla Gudarnas skålar och offerbullar fyllas. Här kommer omsider en wäldig **Biörn**/ en segersäll **Eriker**/ samt den Swenska och de Norska **Ulfwar**/ de wända Offret på ett mildare bord/ som sedan ställes på en bättre och bättre grund. Ja under! här seer man til skiftes en gyllene- då en malme- tid; här är frid och strid/ lust och pust/ på mißåhr föllier åhrbot/ då hålles åter gästebud och goda dagar med Skalldeqwäden och allehanda Riddarespel; den ena ärfwes den andra wällies; den ena bär Krona den andra får Swärd och Gullringar/ andra taga käppen och säcken. Sj så går det til i **Heims Kringlan**/ den forna Nordiska Werlden/ Göthernas förnämsta Fosterland. Men wj Atins barn och Slächte/ wj hafwa orsak at tacka wår högste Gud/ som

formidandæ: Iam convivales hic adire lautas epulas juvabit, si quem delectat sodalium se adjungere cœtui, qui dulce mulsum hauriunt ex memoriali Heroum mortuorum Scypho Bragebägaren, quem tota celavit Mulciber arte, nec enim Boreæ vel Saturni cornu fragrans tristes dimittet convivas: carnes elixant, coquunt alii, nidore haud insvavi, Odino cultum, quamvis futilem, exhibent alii, victimæ cæduntur Thoroni, colitur Frejerus, amorum etiam conciliatrix veneratur Freja; quin & cæteris honos exhibetur edolatis ex tortuoso ligno Deastris, quibus opitulandi facultatem inesse persvasio voluit. At tristis convivii exitus, dum mediis in hilariis fremens irruit Biorno, victoriosus Ericus, aut conferta luporum agmina, Ulaphi nostri, ex Svionum & Norvegorum terris, qui victimas rite ac decenter, ceu sacræ jubent leges, offerendas docent. Nec mirum igitur suas semper orbem hunc arctoum subiisse vicissitudines; auream ætatem, hoc est quietis pacisq; tempora, subsequitur ferrea, molestiis & injuriis plena; post maciem ventrisque inediam, hilaria agitantur & invitationes crebræ, tripudiis choreisque luditur, dona certatim conferuntur, prout sors dederit. Talis omnino fuit facies orbis illius antiqui, quem HEIMS KRINGLAN dicimus, quemque incoluerunt prisci mortales, Gothico ex sangvine nati. Quanto vero felices nos vitam agimus cives, sub auspicatissimo Im-

som förmedelst den GUSTAVIANI-ske och CAROLINiske Konglige åttens stora wakſamhet och nit til alla goda kunnskapers uthspanande / låtit Fäderneslandet komma til det Lius och wälstånd / som deß Barn nu niuta och häfda / Ach gifwe Gud A och A / sällt och saligt!

Och som Eders Kongl. May:t nu träder uthi sine högstlåflige Förfäders Christ-dygdige Fotspår / med Krona och Spira på then Konglige Thronen / til at styra och härska öfwer de gamla Swiars och Göthars Fosterland / hafwandes en särdeles lust til at förspöria så wäl närwarande som de forna tiders handlingar och tilstånd; så har iag af underdånig plicht med Eders May:ts Kongliga nampn instämplat denna ringa Boken / Allerunderdånigst berättandes / det ännu hos mig til tryck färdige äre icke allenast åtskillige andre uhrgamla Historiske wärk / uthan och det som mycket behageligare lärer blifwa / den första och största delen af de gamla Swea och Göthiske Konungars och tappre Hieltars / samt flere förnäma Mäns Minningz Märcken / de forna Seger- och Graf-Stenar / med Runer eller annan skrift uth-huggne / hwilka nu yttermera noga

Imperio REGUM, prosapiæ GUSTAVIDOS & CAROLI, quorum providæ debetur curæ, quod artibus ac virtuti suus tribuitur honos, quodque vera religio sancta colitur & illibata. Quæ bona uti DEI præpotentis beneficio obtigerunt, ita precibus quotidie flagitanda Divina gratia, ut eadem nobis perpetua esse velit!

Quandoquidem nunc, REX SERENISSIME, TU is es, qui auspiciis majoribus vastissimi imperii Paterni tenes DOMINIUM, cœlestis Providentiæ favore, Paternæ, Maternæque, toto orbe laudatissimarum, cumulata referens decora, perspicacem habens animum in cognoscendis judicandisque rebus, quæ per Orbem Gothicum & olim & nuper gestæ fuerunt, Regii decoris palmam gratulantium turbæ, me quoque immiscens homuncio, cum horrore & religione, opus hocce Historicum AUGUSTISSIMO NOMINI TUO REGIO in devotæ mentis interpretamentum inscribere ausus sum. Hoc cum clementer admiseris obsequii devotissimi pignus, simul significo, meo qualicunque labore perfecta esse opera numero plura, quæ ad rerum ante actarum notitiam habendam conferunt, publice profutura, ubi lucem aliquando aspexerint. Ausim his accensere, quas vel primo loco nominare debebam, Antiquissimorum Regum Sveogothicorum atque Heroum insignium, hominumque qui in dignitate ac existimatione positi fuerant, Memorias, columnas atq;

noga afritade / och uti Koppar eller Trä uthstuckne / med min enfaldiga uthtydning och beskrifwelse / endast förwänta Eders Kongl. May:ts allernådigste befordring och ymnigare hielp til papper och tryckare löhn / serdeles som de med stor möda och omkostnad allareda på gång brachte äre / och förmodeligen lära lända til Eders Kongl. May:ts goda förnöyelse / til Fädernes Landetz största Heder / Inwånarnes nytta / til odödelighet för de döda / och efterdöme för Werlden / ja alla forna Sagor til grund och stadfästelse / giörandes wåra Förfäders / och andra Länders forna tilstånd från hedenhös tider kunbare. Hwilket när det inthet studzas och hindras / så lärer wida Werlden tacka Eders May:ts stora omkostnad och med åwigt beröm seja / at hwad Karl / den Store Gustaf Erichsons Son / til Rikssens heder och bokeliga konsters förkofring rund- och grundeligen begynte / det wärkställte lyckeligen den stora Karl Karlßon; och alt detta fullbordade Karlarnas dygdige Foster / den milde Karl / til Karla- och Manna-hems gagn och fromma. Den

atque stelas, Runico alioque charactere exaratas, ea qua par est accuratione delineatas, ac partim æri, partim ligneis figuris incisas, novo ubi opus erat commentario â me illustratas esse. Quæ sane rerum admirandarum materies, ubi Regiis sumtibus, quod submisse sperare licet, ad prelum promota fuerit, ominari fas est, REGIÆ TUÆ MAJESTATI placitura esse, utpote Patriæ decus, civiumque commodum promoventia, dum solicite indicant prisci orbis rerum mutationes ac vicissitudines, altius repetendo prima ejus culti initia. Cæterum nullis unquam temporibus defuturi erunt, qui certatim vocem ingeminando, quæ Pietatis ratio, vota & bona verba dictitant, serio ac vere dicent, edicent: Ea quæ salutaribus auspiciis, in patriæ decus ac ornamentum seculi, artiumq; liberalium emolumentum, quondam instituerat CAROLUS Magni illius GUSTAVI ERICHSONII F. obsequentibus Fatis, assiduitate mira, effectum reddidisse CAROLUM, felicis seculi specimen, virtutisq; Ostentum; perfecisse demum Paternarum virtutum æmulum Filium CAROLUM XII. novis adoreæ incrementis domestici cognominis fulgorem quotidie augendo. Ita

Den Alzmächtige Guden som Konungar och Gudar på Jordenne tilsätter / han beskydde Eders Kongl. May:t med all önskelig wälmågo / och ett lyckeligit Regemente / hwar under iag in til döden skal wara	Ita propitius SVIONIÆ DEUS, cui REGUM, vices ejus in terris agentium, curæ sunt res, TE REX CLEMENTISSIME perpetua florentem felicitate, quicquid suscipies, quicquid ages, porro prosperet ac provehat.
Eders Kongl. May:s	*NUMINI MAJESTATIQUE TUÆ*
Underdånigste och troplichtigste Tienare	*Devotus civis ac subditus*

JOHAN PERINGSKIÖLD.

Höge och Gunstige denne Bokens Läsare.

Desse tre nordiske Konungariken/ Swerige/ Danmark och Norige/ äre en stor tacksäjelse skyldige Isländernas forna Lagman och store Skald Snorro Sturlåsson/ hwilken uti sin lifstid wid 500 åhr sedan/ på wårt här i Nordländerne då allmänt gångse språk/ hafwer uti ett wärk sammanskrifwit desse Konunga Sagor/ som ellies äre efter forna seden af sina begynnelse ord kallade Kringla Heimsins/ och nu til Läsarens åskådande uti sexton särskilte Historier fördehlte/ genom trycket framgifwas; til hwilkas sammanhämtande Snorre sielf på sina tiugunde ålders åhr begifwit sig ifrån Island/ hit til Swerige och Norige/ ifrån hwilka Isländernas gamla ättmän och förfäder uthkomne woro: I detta Rike blef han wid Kongl. Hofwet antagen för Konung Swerker Karlssons Handgångeman/ upsökandes här de forna Skalders och Sageskrifwares berättelser om Ynglinga slächten de Swänska Konungarne och andra Hieltar/ som förnämligast warit de gamla nordiske Konungars och Jarlars Stamm- och Förfäder/ af hwilka fördenskul deñe Historie-Bok tager sin begynnelse/ långt för Christi födelses tid/ och uthföres af Sturlåson til åhr 1177. som war uti Konung Magnus Erlingzsons regementz-tid; efter hwilken Konung Swerre Sigurdzsons och de följande Norske Koñungars Historier af särskilte andre lärde Mäñ

Ad Lectorem Benivolum præfatio Interpretis.

TRina hæcce Septentrionis regna, Svionia, Norvegia atque Dania, jure optimo maximo, immortalem gratiam debent Islandorum quondam supremo Legifero, eidemque Poëtæ ac Scaldo, Snorroni Sturlonidæ, qui ante annos circiter D. populari septentrionalium sermone, historias regum, quas heic exhibemus, conscribere aggressus est. Illæ quidem alio nomine, imitatione antiqua, ab initialibus libri vocibus nuncupantur KRINGLA HEIMSINS, hoc est, orbis terrarum diductio, vel spiræ in modum convoluta rotunditas; ac distributæ, pro numero historiarum, in partes omnino sedecim, typis nunc evulgatæ prodeunt. His contexendis operam suam collocaturus Snorro, jam vigenarius, relicta Islandia, in Svioniam Norvegiamque, unde pridem egressi fuerant prisci illi primique Islandiæ cultores, proficiscendi consilium cepit. Advenientem hospitem gratanter excepit Svionia, collato ipsi munere eximiæ dignitatis, quo Regis Svercheri Karoli F. Satrapes ac minister aulicus constituebatur. Inter quas negotiorum moles, id præcipue curavit, ut priscorum Poëtarum, quæque chartis consignata erant annalium monumenta traditaque de Ygglingorum prosapia, regum Sviониæ, virorumque fortium rebus præclare gestis, regum denique ac Iarlorum originibus, in unum colligeret. Hinc adeo factũ, ut initia contexendæ historiæ hujus deducta sint inde â seculis ante natalem Servatoris nostri prioribus, quæ deinceps interrupta serie ad annum usque 1177. prosequitur autor Sturlonides, hoc est, ad tempora illa quibus regimen administravit Magnus Erlingi filius. Nimirum in componendis insequentium temporum atque ætatum historiis, utpote Regis Sverronis Sigurdi F. regumque Norvegicorum, juxta seriem ordinemque suum, magna industria desudarunt viri alii doctrina præclari, dialecto usi patriæ antiquissima.

Wäst samansattade/ på gamla språket handskrefne finnas; til hwilkas trowärdighet och begynnelse wår Sturleson ey ringa lärer hafwa gifwit anledning/ så wida som han warit en stor Skald och Historie-skrifware uti högbemelte Konung Swerres/ Konung Inge Bardarsons/ Konung Håkon den Gamles/ samt Skule Hertigz/ och Jarlens Håkan Galins håf och regementz tider/ då han ochså giorde åtskillige resor emellan Norige och Swerige/ anländandes en gång wid åhr 1218. til Eskil Lagman i Jämteland/ hwilkens Fru Christina/ som tilförende hade warit gifter med Jarlen Håkon Galin/ gaf Snorre thet Sköldemärke som Erik (Knutzson) Swea Konung hade tilförende ått och hast/ då han fällde Kong Saukni på Grituhem. Många sådane märkelige efterdömen samt gamle Skalder och Sagor hafwer Sturlåson med stor flit här i Nordländerna upspanat/ och med sig til Island utfördt/ thär hans fader them bekåstade at renskrifwas i ett fullkomligit wärk/ om deße Nordiske Länders Konungar/ och theras så innom landz/ och sins emellan/ som kring wida werlden giorde märkelige bedrifter/ hwilket wår Translator framledne Gudmund Olåfsson en Isländare/ hafwer här wid Antiquitets Wärket affatt på Swenska/ men som han intet aldeles warit wårt nu brukelige språk mächtig/ hafwer jag nödgads hans arbete til större dehlen förändra/ då jag thet emot tränne särskilte i thet gamla språket handskrefne exemplar jämfört hafwer/ och sedan efter Kongl. befallning med en Latinsk version til the utländskas tienst förökat.

sima. Enimvero & in his, ea qua oportuit fide nexuque concinnandis, haud parum ipsis profuisse Sturlonidæ nostri ductum crediderimus, quandoquidem in carminibus pangendis tradendaque historia, insigni eum polluisse facultate constat, ac vel ideo per hominum ora volitasse circa tempora regis Sverronis, ac porro imperium tenente Ingone Bardari filio, rege Haquino cognomento Vetusto, itemque sub Sculone Ducis titulo insigni, Iarlo denique Haquino, cui *Galins* sive Insanientis cognomen inditum fuit; sub horum dum vixit imperio, crebro iter ingressus in Norvegiam Svioniamque retro citroque commeavit. Et vero circa annum 1218. apud Eskillum Jamtalandiæ Legiferum forte divertit, cujus tunc conjux Christina, quæ olim matrimonio juncta fuerat Iarlo Haquino Insano, Snorronem munere dotavit eximio, largita ut armorum in posterum uteretur insigni illo, quod olim gentilitium ac proprium habuerat Svionsi rex Ericus, quo tempore Sauknium regem apud Gritaheimum prælio prostravit. Complurium itaque rerum memorabilium facta collectione, conquisitisque poëtarum passim per arctoum orbem carminibus annaliumque monumentis pervetustis, in Islandiam hæc secum devexit Snorro, largiter impensas ibidem faciente patre ejus, ut nitide describerentur ac in opus justum redigerentur ea, quæ historiam continent regionum borealium rerumque late per reges septentrionales gestarum, maximeque insignium. Hoc opus Historicum in idioma nostrum Svedicum transtulit Gudmundus Olavius natione Islandus, qui in interpretandis scripturis antiquis operam Collegio nostro Antiquitatum haud inidoneam locavit; verum quandoquidem ea, qua fas erat, puritate stili versionem adornare homini diligentissimo negavit adhærescens patrii idiotismi consvetudo, ejus maximam partem interpolare atque immutare coacti sumus phrasin, ut nitida sic ac rotundior prodeat translatio. Trina insuper contulimus exemplaria M. S. Historiæ Sturlo-

mat. Jag förmodar uhrsächt i thet som felat är / eller återstår at förbättras. Wärket är widlöftigt / at man fördenskul inthet altid hint så noga feija och skura alla ord och Skaldernas förmörkade meningar / som icke mången kanske torde ännu hafwa ordsak at fordra en större glantz / hwilken doch af inkrätne råstfläckar inthet altid står at bekomma / särdeles då man intet får af eget snille instickа några nya lappar i det gamla ämnet / wid hwilkets forna skrud wi oß närmast hullit. Theße Historier hafwa också blifwit till en dehl åhr 1599. af Herr Peder Claußon Sochnepräst i Undal i Norige / uti et kårt uthtåg affatte på Danska språket / och genom trycket af Doctor Olåf Worm i Kiöpenhamn åhr 1633. utgifne / doch utan at några wisor / som äre ålderens witnesbörd och Historiens förnämsta grund / thär införde blifwit / warandes många Capitel af rätta originalet sammandragne uti en liten mening / och ofta lika som med flit utlåtit thet som länder till wårt folks heder / ehuruwäl man bekänna måste / at bemelte Sochnepräst lichwäl haft et mycket fullkomligt exemplar, efter som ibland i hans Danska öfwersättning / finnas några små meningar utsatte / som i wåre handskrifne böcker intet införde äre; ty hafwer jag them här i wåra uthtålkningar intet welat förbigå / utan them med en mindre löpande styl / til en åtskilnad ifrån thet andra i texten insatt; högeligen bidiandes mine höge och gunstige Läsare /

Sturlonidæ, ac prout superiorum auctoritate imperatum erat, Latina etiam veste historicum nostrum induimus, ut exterorum quoque usibus ac desideriis satisfacere possit. In his autem interpretandis, sicubi nos aberrare contigit, uti humanum est labi, veniam â benivolo Lectore nobis pollicemur. Vetavit operis prolixitas, quo minus in perpoliendis singulis sive phrasibus sive vocum expressionibus, accuratior institueretur cura, & vel ea interdum erat scripturæ facies, implexusq; sermo mythologicus, ut ægrè unum ab altero dignosceretur, nec nobis integrum, facta digressione, novam operi laciniam attexere. Porrò & id memorandum occurrit, historiarum harunce partem aliquam, anno 1599 in epitomen redegisse virum Venerabilem Petrum Claudii F. Ecclesiæ Undalensis in Norvegia sacrorum ministrum, quod Danico idiomate confectum opus, typis vulgari curavit V. Cl. Olaus Wormius, Hafniæ anno 1633. omissis tamen poëtarum carminibus, ex quibus, utpote priscæ vetustatis testimoniis fide dignissimis, robur mutuata est historia; adeoq; in breves interdum periodos coarctato sensu, quasi data opera excluduntur ea, quæ ad gloriam nostræ gentis vergunt præcipuè. Fatendum nihilominus, laudatũ modo Sturlonidæ interpretem Danicum, codice usum fuisse integro optimæque notæ, quandoquidem eas interdum repræsentat uberiores expositiones, quæ in nostris desiderantur exemplaribus. Proinde etiam commentationes illas, in hac nostra editione, minimè negligendas esse rati sumus, quin potius minoribus characteribus, ut â reliquo discernantur contextu, eas expressimus. Est vero quod summopere â benivolo Lectore contendimus, ut ea quæ præstitimus, boni consulere velit. Daturi insuper operam sumus, ut his haud paullo inamœniora alia lucem aspiciant, partim lucubrationum talium, quæ circa antiquissima versantur historiarum interpretamenta, tum quæ ipsi non perfunctorio hactenus labore collegimus, descripsimus, delineavimus antiquitatum Sveo-Gothicarum mo-

re/ med nåd och wälbehag uptaga mit ringa arbete/ til thes detta kan förbättras med något behageligare af mig utarbetat wärk/ såsom antingen med andre sådane uhrgamle Sagors/ eller några mina särskilte Tomers utgifwande af wåre gamle och nyare monumenter, hwilka uti några hundrade Figurer i koppar och trä utstucke/ med min enfaldige uthtydning och beskrifwelse/ förwänta medel til papper och tryckare löhn/ at emot förödelse befordras i dagsliuset. Anbelangande Snorre Sturlesons härkomst/ så är han på Ißland födder åhr 1179; fadren war Sturle Thordarson i Hwaon; modren Gudnij Baudvars-dotter / en förnäm och ättstor Herre/ på fädernet af then gamla/ uthi Kong Harald Harfagres tid/ til Ißland utflytte Swea och Nordiske Slächten; genom sin farmoder Vigdisa/ Swertinger Grimsons-dotter/ af Konung Frode then Fridsammes/ och Konung Harald Hildetans stamm härkommen; uti lärdom och högt förstånd upfödder med Jon Loptson i Odda prästegård söder ut på landet i Skaleholtz Biskopzdöme; sielf igenom förnämt gifte med Herdisa Berse hin Audgas dotter af Borgamyra/ til rikedom och barn wälsignad/ af stora Konungar samt regerande Jarlar och mächtige Herrar högt älskad och afhållen/ så i Swerige hos Konung Swerker/ som i Norige/ thär han sedan warit trenne Konungars Skald och Läns-Herre / hwilken och af Konung Håkan Gamle skickades som en fullmyndig Sändeman til Ißland/ at giöra fred emellan

deß

monumenta, magnamq; jam partem æri nitidissimè incisa, inque varios tomos digesta sunt, ut prælo subjici possint, ubi sumtibus, quos sperare licebit necessariis, ad impensam faciendam instructi aliquando fuerimus; ni malè alioquin pereant immortalis memoriæ testes, quos pro adstruenda gloria gentis nostræ sempiterna adduximus. De natalibus Snorronis Sturlonidæ nunc dicendum nobis. Is in dias luminis auras editus est in Islandia patria anno 1179. patre Sturlone Thordari F. qui Hwaoniæ erat incola; matre Gudneja Baudvari F., adeoq; nascendi sorte in tantum felix, ut quoad paternum genus propaginis suæ stirpes deducat ex pervetusta familia illa, quæ circa tempora Haraldi Pulcricomi ad novam in Islandia faciendam coloniam, ex Svionia Norvegiaque quondam excesserat. Per aviam suam paternam Vigdisam, Svertingi Grimsonidæ F. primordia generis sui refert ad Frodonem Daniæ regem cognomento Pacificum, itemq; ad Haraldum Hildetannium. Hanc generis claritudinem decoravit par ingenii atquæ doctrinæ cultura; etenim juventæ formandæ magistrum nactus Jonam Loptii F. Oddensis Ecclesiæ pastorem, quæ in meridionali regionis parte sita Episcopatui Scalholtensi subdita est, in via ad Virtutem & Bonam Mentem egregie profecit. Porro etiam conjugio felix, dum contracto matrimonio cum primæ nobilitatis fœmina Herdisa Bersonis divitis F. ex Borgamyriis, re familiari, ac prole denique pulchra auctus est; quin & eo nomine beatus, quod gratiâ immensâ apud reges principesque & procerum aulas, plurimum valuit; qua amplissima favente fortuna, ad honores & dignitates supremas evectus est, tum in Svioniæ regno, tum deinceps in Norvegia, ubi trium omnino regum continua serie invicem succedentium, factus est poëta & satrapes; summis quoque legationis muniis de republica meruisse constat, â rege Haquino cognomento vetusto in Islandiam missus, ut dissidentium animos reconciliaret, civesque ad obsequia regi præstanda perduceret. Postremò omnium munere supremi

c Legis-

deß inwånare och Östmåñen i Norige/ och således koña dem til lydna under Konungen / blifwandes omsider Lagman och högsta wåldzhafwande öfwer hela Island / hwilket Gardar Swafvarßon/ som til sin ått war en Swänsk mann/ efter sin moders anledning uti Konung Harald Harfagres och Konung Erik Emundzsons tid/ wid 850. åhr sedan upfann och aldraförst kringseglade / bygjandes sig hus i Husawik / hwarest han en winter bodde med sitt föllie; men om wåhren/ wid hemresan til Norige/ lemnade han en sin mann Nattfare benämd med en dräng och pijga thär qwar på öön / som tå först kallades Snöland och Gardars holme/ men strart thär efter Island benämd/ af then myckna haf-js som om sommaren låg uti en wik/ då Floke Wilgerdarson på Gardars berättelse kom dit seglandes efter sine tre kårpars ledsagan / them han efter then tidens hedniska sätt/ då ledstenen ännu ey bekant war / hade blotat i Norige ; och thetta war tredie seglingen til Island/ hwarpå strax många öfwerflyttningar ifrån Norige/ dehls ock uhr Swerige/ skedde. Gardars son Une then Danske eller oborne kallad/ blef af Konung Harald giord till Jarl öfwer Island. Unes son Hroar Tungugode blef en Ättfader för många på Island; thär tog och omsider land Fridlef then Götske/ samt Thormoder hin Ramma en Swensk man. Här skyddade och förmerade sig Harald Wikings son/ hwilken thielslog Girder Skialgz på Jadr moderfader / och blef derföre landzflychtig giord af

legislatoris ac judicis per Islandiam decorari eum contigit. Et vero obiter nunc dicendũ de insula Islandiæ; Hæc primũ circum navigata ac detecta fuit à Gardaro Svafvarsonide, præclaræ stirpis Svionicæ viro, qui consilio ac persvasionibus matris suæ, imperium tunc tenentibus Erico Emundi F. Svioniæ, & Haraldo Pulcricomo Norvegiæ, ante annos circiter 850. ad tantum opus moliendum inductus fuit. Emensus feliciter mare, ac in insulam delatus Gardarus, domiciliis primũ exstruendis operam dedit, commodum sibi familiæque adversus hyemis injurias futura refugium, indito loco illi nomine, ut Husavikium deinceps vocaretur. Sed uero brevis hic loci fuit mansio, quippe mitigata cœli inclementia, domuitionem in Norvegiam ipse parans, colonos in insula reliquit ministerii sui hominem nomine Nattfarium, famulumq; insuper unum, atq; ancillantem famulam. Illis tunc temporibus, insula illa nuncupabatur Snölandia atq; Gardarsholma; nec multo post Islandia nuncupata, ab abundanti glacie, quæ sinus maritimos oppleverat circa æstivos dies, quando Floko Wilgerdarsonius, suscepta auspiciis Gardari navigatione, littora propius attingere conabatur. Profuerant hactenus ipsi naviganti, corvi omnino trini, fidissimi per mare duces, quibus ferali cultu litatum iverat in Norvegia, ad onus impigrè subeundum; nec dum enim in vulgus cognita magneticæ acus virtute. Tertia hæc numeratur navigatio in Islandiam suscepta, quam perfecit Hrafna - Floko, corvorum adjutus ministerio; ac factum postliminio, ut migrationes crebræ, præsertim ex Norvegia, partim etiam Svionia, in Islandiam instituerentur. Gardari F. Uno Danus, alio nomine Oborne dictus, ad Jarli dignitatem supremam in Islandia evectus est, beneficio regis Haraldi. Hujus deinceps filius Hroarus Tungugode, multarum in posterum familiarum per Islandiam sator ac propagator fuit. In has quoque insulas porro delatus est Fridlefus Gothus, ut & Thormodurus Rammius patria Svecus. Hic etiam locorum asylum primo-

af Kong Biörn på *Höga i Swerige. Och således hafwa these til Island utflytte Swenska och Norske hädan med sig utfört både wårt gamla Språk och Sagor/ them the begge til thenne dag hafwa hos sig behållne/ uti samma uthtal och måhlföre/ som the finnas på wåre gamla stenar och inländska handskrefne Sagor/ fordom uptecknade. Och som i thetta gamla wärk är en enfaldig och jämn styl/ utan något krus eller smickrande om höfdingarnas dygd eller odygd rehnt utsagt/ så kan ther utaf aftagas wår Sturlesons redelighet at hafwa skrifwit sanningen; ja hans stora lärdom och diupsinnighet utwisar widare thes Skalldebok Edda/ hwilken efter Sämunder then Wisas gamla qwäden/samt the af them bägge här i Swerige hopsamlade Forn-Skaldawisor och Sägner hopsatter/ ifrån ålderns förödelse förwarar en stor del af Sämningarnas i Swerige uhrgamla wisdom. För sådant dyrbart förwar som Sturlesons permeböcker oß lemnat/ äre wi honom/ säger iag än en gång/ billigt en stor tack skyldige/ fast hans egne Landsmän wärit honom i lifstiden afwige/ särdeles då när Gißur Thorwaldzson upreste ett stort manskap emot honom/ kommandes med 70 thäraf utwalde män lönligen til Reikiaholt/ thär the om natten efter Marie meßa om Hösten åhr 1241. bröte up kammaren thär Snorre sof i/ efterfölljandes honom/ som efter Aßbiörn Prästz inrådande/ förstack sig i ett annat litet hus neder i kiällaren/ thär han doch ändteligen igenfunnen/ blef af Gißurs föllie Arne Beiskur och Thorsten Gudnason ynkeligen ihielhuggen/ på sitt ål-

ders

mo nactus, mox prole auctior factus est Haraldus Wikingssonius, qui ob patratam cædem avi materni Girdari Skialgii Iadriæ incolæ, in exilium pulsus est â Biornone rege, qui aulæ suæ sedem habebat apud prædium Hoga Svioniæ. Per migrationes adeo crebras ex Svionia Norvegiaque in Islandiam susceptas, sermonis popularis, ut & librorum annalium simul facta est deportatio, in hodiernum usque diem servata illic puritate loquendi prisca ac genuina, ad normam vetustæ lingvæ, labiique, in lapidibus Runicis hodiernum exstantem. Quandoquidem vero historicum hocce opus conscriptum sit stilo plano facilique, absque ambagibus,& verborum lenocinio, summorum virorum virtutes recensendo ac vitia: inde adeo in proclivi fuerit judicare, fidi historici munus implevisse autorem nostrum. sane haud proletariæ eruditionis exstant specimina ejus in scripto mythologico, quod Edda inscribitur, ex consarcinatis carminibus pervetustis Sæmundi cognomento sapientis, conquisitisque, amborum diligentia per Svioniam, tralatitiis poematibus odisque, in unum corpus redactum est; cujus utique beneficio, adversus longinquiorum seculorum injuriam ac edax tempus, conservatam habemus magnam partem Semnonum antiquissimæ philosophiæ. Hæc tam ingentia facta, quarum ad nos transmissa notitia per Sturlonidæ diligentiam, codicumque membranaceorum manuscriptorũ conservationem, haud simplici nomine honorem autori habendum esse monent, quamvis viventem eum odio potius dignum censuerunt ejusdem populares quidam. Nimirum Gissurus Thorwaldi F. collecta adversus ipsum militum manu valida, cum delectis septuaginta viris clanculum ad prædium Reikiahultium progressus est; ubi vigilia noctis, quæ proxime festum Mariæ subsequitur, labente autumno anni 1241. adortus primum vi fores conclavis, in quo dormiebat Snorro, effregit, eumq; mox insidias effugere volentem, ac svasu Asbiorni sacerdotis, in locum tetrum ac subterraneum se recipientem ut la-

titaret,

ders 62 åhr/ (som the gamla handskrefne böcker Landnama/ Isländinga Sagan/ Kong Håkon then Gamles Saga/ Eyarbygga/ Edda och flere wåra Historier/ om alt thetta som korteligen här påmint är/ widlyftigare tilkänna gifwa.) Och fast Gißur sedermera blef en Jarl och regerande Förste på Island/ så lärer lichwäl thenne giärningen ey kunna theß berööm föröka. Men wår Sturlesons åminnelse skal hos then lärda werlden med ouphörlig låf wyrdas/ och hållas/ ibland the redelige och trowärdigste historie skrifware/ för odödelig.

titaret, insequuti sunt Gissuri milites, Arno Beiskurus & Thorstenus Gudnius, ad necem usque trucidabant, annum tunc ætatis 62. non dum supergressum. Quæ adeo singula pluribus pertractantur cum cura in codicibus manuscriptis pervetustis, utpote Landnama, sive de primis insularum detectoribus, Annalibus Islandicis, Historia Haquini regis vetusti, Eyarbyggia, qui de insularum cultoribus agit, Edda, aliisque præclaræ notæ autoribus. Quamvis vero Gissurus in hominum veneratione mox constitutus sit, Iarli dignitatem summumq; per Islandiam regimen adeptus, haud tamen effugiet censuram patratæ cædis. Cæterum Sturlonidæ nomen laudesque mansuræ erunt in ore hominum, in rerum æternitatem, quamdiu literis suus manebit decor, annaliumque perpetua perstabit fides.

Skrifwit i Stockholm den 12 November Åhr 1697.

Dabam è Regio Antiquitatum Archivo, pridiè Id. Novembr. Anno Domini M. DC. XCVII.

J. P.





Konunga Saugur ero her Ritaþar.

Bok þeßi/ let ek rita fornar frasagner um haufþingia/ þa er riki hafa haft a Norþurlaundum/ ok a Danska tungu hafa mællt/ sæm ek hæfi heyrt froþa menn sægia; sva ok nokkorrar kynkvislir þeirra/ efter þvi sem mer hæfir kent verit. Sumt þat er finnst i Langfæþga tali/ þvi er Konungar hafa rakit kyn sitt/ æþa aþrer storættaþer menn. Enn sumt er ritaþ epter fornum qvæþum æþa sogulioþum/ er menn hafa haft til skemtanar ser. Enn þo aþ ver vitum æge sanninde a þvi/ þa vitum ver dömi til þess/ at gamlir froþi meñ hafa slikt fyri satt haft. Þioþolfur hiñ froþe ur Hvin/ var Skalld Haralls ens Harfagra; hañ orti ok um Raugnvalld Konung Hærþum-hæra/ kuæþi þat er kallat er Ynglinga tal. Raugnvalldur var son Olafs Geirstaþa Alfs/ broþur Halfdanar Suarta. J þvi kvæþi eru nefnder xxx langfæþgar hanns/ og sagt fra dauþa hvers þeirra ok lægstaþ. Fiölnir var sa nefndur/ er son var Yngvi-Freys/ þæß er Sviar hafa blotaþ leingi si-

Snorre Sturlesons Företal til Konunga Sagorne.

Thenna Boken hafwer jag låtit sammanskrifwa gamla berättelser och handlingar/ om the Höfdingar / som uti Norderländerne hafwa styrt rike / och talt thet Danska tungomålet/ efter som jag hafwer hört af förståndige män förtällias. Theßlikes och några theras härkomster och Slächte-linior/ efter thet som jag hafwer hördt och lärdt : dehls ther efter som fins uti Långfädga talet [eller uhrgamla Förfäders slächt-register] thär uti Konungarna och andre högborne männ hafwa sin slächt-linia upräknat: och dels är opskrifwit efter gamla wisor eller Sago-rim / som man hafwer i gamla dagar brukat til tids fördrif. Men ändoch wi intet fulkomligen weta sanningen här om/ så wete wi doch likwäl ther til skäl och efterdöme/ at gamla lärde män hafwa hållit slike wisor för sannfärdige. Thiodolfwer then wijse / af then den Hwijn/ war Konung Harald then Hårfagres Skalld / han giorde wisor om Konung Rögnwald / med thet tilnamnet Hårdumhärra eller Skullderhöga/ hwilka wisor äro kallade Ynglinga tal. Thenna Konung Rögnwalder war Olafwer Geirstada Alfs son / som war Konung Halfdan Swartes broder. J bemelte wisor äro hans trettio förfäder upräknade/ ther och berättas om alles theras död och lägerstad. Yngwifreis son het Fiolner / then samma Yngwifrey

Snorronis Sturlonidæ Præfatio.

Hoc libro vetustissimarum rerum monumenta atque heroum facinora, qui regnorum borealium imperio præfuerant, ac Danico usi sunt sermone, ex virorum sapientissimorum traditionibus, consignanda curavi. Pariter etiam quandam eorundem Genealogiarum seriem, prout mihi innotuerat, pertexui. Idque ductu partim eorum, quæ in antiquissimis veterum annalibus, quibus reges, virique illustres alii, stirpes suas recensuerant, partim quæ ex antiquis cantilenis rhytmisque, oblectationis quondam causa decantatis, ad memoriam posteritatis pervenerunt. Quamvis autem plenam harum rerum scientiam polliceri non audemus; exempla tamen haudquaquam nos deficiunt, quibus certiores reddimur, viros olim eruditissimos fidem talibus habuisse. Thiodolfus subactissimi vir ingenii, ex insula Hvina, regis Haraldi Pulcricomi Poëta, carmina composuit, in gratiam Rognvaldi reguli, cognomine Herdumhera hoc est, humeris eminentis; quæ Ynglinga tal seu Ynglingorum memoriæ adpellata sunt. Rognvaldus Olavi Geirstada Alvii fratris Halfdani Nigri filius fuit. In his cantilenis triginta ejus majores, nominibus suis ordine recensentur, nec non singulorum fata atque sepulcra indicata sunt. Præsertim hic memorandus venit Fiolnerus Yngvi-

siþañ; af hanns nafne eru Ynglingar kallaþer. Eyvindur Skalldaspillir taldi ok langfæþga Hakonar Jarls ens rika/ i kuæþi þvi er Haleygia tal heiter/ er ort var um Hakon. Sömingur er þar nefndur son Yngvifreys/ sagt er þar ok fra dauþa huers þeirra ok haugstaþ. Epter þioþolfs Saugu er fyrst ritut æfi Ynglinga/ ok þar viþ aukit epter saugn froþra maña. Enn fyrsta aulld er kaulluþ Bruna-aulld/ þa skylldi brenna alla dauþa menn og reisa eptir Bauta-steina. Eñ siþann er Freyr hafþi heygþur verit aþ Uppsaulum/ þa giorþu marger haufþingiar eige siþur hauga enn bauta steina/ til minningar epter frændur sina. Enn siþañ er Danur/ hinn mikillatt Dana Kongur/ let ser haug giora/ ok bauþ sig þangat bera dauþann/ med Kongs skruþi og herbunaþi/ ok hæst hanns meþ sauþulrædi/ ok mikit fe annat. Eñ hañs ættmenn giaurþu marger sva siþann/ ok hofz þvi haugs aulld þar i Danmaurku; enn leingi siþañ hellts Bruna aulld meþ Suium ok Norþmoñum. Enn er Haralldur hiñ Harfagri/ var Konungur i Noregi/ þa bygþiz Island. Med Haraldi voru Skalld/ ok kuña meñ eñ kuæþe þeirra; og allra Konunga qvædi/ þeirra er siþann hafa verit at Norige. Ok tokum ver þar mæst dömi af þvi/ ær sagt ær i þeim qvæþum/ ær qvæþinn voru fyri sialfum Haufþingiunum/ æþa sonum þeirra; taukum ver þat allt fyri satt er i þeim qvæþum finnz/ um ferdir þeirra/ æþa orustur. Enn þat er hattur Skallda/ at lofa þann mest/ er þa eru þeir fyri: enn engi mundi þat

kora

